Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nolite turbari. Anima enim ipsius
in eo est. Ascendens autem paulus et
frangens panem et gustans satis
que allocutus est usque in lucem sic q
profectus est. Adduxerunt autem
puerum uiuentem et consolati sunt
non minime. Nos autem ascendentes
nauem. nauigauimus in asson inde
suscepturi paulum. Sic enim dispo
suerat ipse. priam uere facturus. Cum
autem inuenisset nos in asson assump
to eo uenimus in mitilenen. et inde nau
gantes sequenti die uenimus contra
chium et alia die applicuimus sam
et sequenti die uenimus miletum
Disposuerat enim paulus transnauigare
ad ephesum ne qua mora fieret in
asia festinabat enim si pos
sibile sibi esset ut diem pentecos
tes faceret hierosolymis. Arcessito
autem miletus ephesum uocauit ma
iores natu ecclesie. Qui cum uenis
sent ad eum et simul essent dixit eis.
Vos scitis a prima die qua in gres
sus sum asiam. qualiter cum omni
tempus uobiscum fuerim seruiens
domino cum omni humilitate et
mansuetudine. et lacrimis et tem
ptationibus que acciderunt mihi
per insidias iudaeorum. quomodo nihil
subtraxerim uobis utilium quominus
annunciarem uobis et docerem uos
publice et per domos testificans iu
deis atque gentibus in deum peniten
tiam et fidem in dominum nostrum ihesum
cristum. Et nunc ecce alligatus
ego spiritu uado in iherusalem que
mea nihil uentura sint ignorans
nisi quod spiritus sanctus per omnes
ciuitates protestatur mihi dicens.
quoniam et uincula et tribulationes.
hierosolymis me manent. Sed nihil
horum uereor. nec facio animam meam
pretiosiorem quam me dummodo con
summem cursum meum et ministerium
uerbi mei. quod accepi a domino
iheso testificari euangelium gratie dei
Et nunc ecce ego scio quia amplius
non uidebitis faciem meam uos omnes
per quos transiui predicans regnum
dei. Quia propter contestor uos hodier
na die quia mundus sum a sanguine
omnium uestrum. Non enim subtersugi
di minus annunciarem omne consili
um dei uobis. Attendite ergo uobis
et uniuerso gregi in quo uos spiritus
sanctus posuit episcopos rege ecclesiam
dei quam acquisiuit sanguine suo
Ego scio quoniam intrabunt post di
cessionem meam lupi rapaces in uos
non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis
exurgent uiri loquentes peruersa
ut abducant discipulos post se. Propter
quod uigilate in memoria retinentes
quoniam per triennium nocte et die non
cessaui cum lacrimis monens unum
quemque uestrum. et nunc commendo
uos deo. et uerbo gratie ipsius. qui
potens est edificare et dare heredita
tem in sanctificatis omnibus. Argen
tum aut et aurum. aut uestem nul
lius concupiui uos ipsi scitis. quom
am ad ea que mihi opus erant. et
his qui mecum sunt ministrauit mani